



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Analysis Methodica Ivris Pontificii

Venator, Daniel

[S.l.], 1579

VD16 V 541

De Deposito. Titulus XVI.

[urn:nbn:de:hbz:1-63204](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:1-63204)

consequamur: Commodato, vt eandē. 4. Mutu-
tario res perit: quia dominus est, Dd. in l. nō on-
nis, ff. si cer. Nec casu fortuito liberatus, l. ince-
dium, C. si cert. petatur. Commodatarius autem
vim maiorem, quam Græco *θεῖον βλάπην* appellant, nō
præstat. Nec interitum, vel damnum rei casu for-
tuito contingens, l. ad eos, l. argentum, ff. eod. de
modò nō ipsius culpa casus interuenerit, vel per
pactum in se non receperit, vel in mora non fue-
rit, vt ait Gregorius I X. in c. vnico, extr. eod.

Quæ Adiacentia?

Culpa latissima, lata, leuis, & leuissima. Nec
commodatarius etiam de leuissima culpa res
perit, cum sui tantum gratia commodatum
perit, c. vnico, extr. eod.

Quæ Pugnancia?

Reuocatio rei commodatæ, per dominante
te vsum expletum facta, merces, commodatum
enim debet esse gratuitum, aliàs si merces
uenit, transit in contractum locationis, &
& certi modi rei vtendæ præscripti transgreditur.
Qui enim præfinitum in re commodatam
transgreditur, furtum committit.

DE DEPOSITO.

Titulus XVI.

Continuatio.

Sicut res retenta, eius proprietate & posses-
sione ad vsum commodatur: ita etiam ad custodia
vt defensione boni amici salua permaneat, depo-
nitur.

Quid est Depositorum?

Depositorum est, quod custodiendum alicui datum est.

Vnde dicitur?

Depositorum dictum ex eo, quod ponitur, quasi seorsim positum; prepositio enim, De, auget, ut ostendat totum fidei eius commissum, quod ad custodiam rei pertinet, l. 1. ff. de positi.

Quotuplex Depositorum?

Triples: sequestratio: qua res litigiosa deponitur apud sequestrum, & retineat, donec ex causae cognitione constet, cui debeatur, l. licet, ff. de positi, de qua supra, de sequest. Secundum depositorum est: quod fit in loco publico, ad impediendas vsuras, creditore recusante accipere pecuniam sibi a suo debitore oblatam, l. accepta, C. de vsu. Tertium depositorum simplex, quod custodiae tantum causa apud amicum fit: ita, ut dominium & possessio penes deponentem maneat, & possit rem depositam quandoque voluerit reuocare, c. bona fides, extr. eod.

Quae causa Efficiens?

Causa efficiens depositi remota est, ius gentium: propinqua autem consensus contrahentium, & rei interuentus, l. 1. ff. de act. & oblig.

Quae Materia?

Res mobiles, & se mouentes, & res etiam fungibiles, licet enim in deposito hoc potissimum agatur, ut eadem species restituatur, intantum, ut si depositarius rem depositam in vsu suum conuertat, absque domini permissione, furti tenetur

Q 9 3

neatur

614 ANALYS. IVRIS PONTIFICII
neatur, §. furtum, instit. de oblig. quæ ex deli. no-
scuntur, tamèn si contrahentes aliter conveniãt,
lex contractus servabitur, vt ait Papinianus in
l. Lucius Titius, & l. 1. §. si conuenit, ff. eod.

Quæ Forma?

Vt depositario res mobilis, vel se mouens tra-
datur, hac conditione, vt remanente penes depo-
nentem proprietate, & possessione, eã gratis cu-
stodiat, & domino quocunque tempore repositi
ti, restituat, l. 1. & l. Lucius Titius, ff. eod.

Quis Finis?

Finis est, vt res ipsa seruetur apud alium, qui
nos custodire commodè non possumus.

Quis Effectus?

Actio depositi, quæ est ciuilib, bonæ fidei & per-
sonalis: & duplex, directa et cõtraria. Directa est
qua depõnens agit aduersùs eũ, vel eius hæredes,
apud quẽ res deposita est, vt eandẽ rem non dete-
rioratã, cum omnib⁹ accessionibus restituat, l. 1.
§. q̄ depositio, ff. eod. Cõtraria autẽ est, qua depo-
sitaris aduersùs eũ, vel eius hæredes, qui re depo-
sita, vt quicquid in re deposita tuẽda, vel afferen-
da bona fide impenderit refundat, l. 5. & l. aban-
ne, ff. eod. in qua etiam venit interesse, & interest
in ea in litem. Non tamen est famosa. Quia
riæ actiones, non infamant, §. ex quibus dicitur
de pœna temerè litigan. Est depositum priuile-
giatum, quod contra ipsum compensatio regula-
riter non admittitur, l. compensationes, C. de co-
pensat. & c. bona fides, extrã, eod.

Quæ Affinia?

Cõmodatum: vt. n. ita cõmodatũ etiam depõ-
situm est

tū, est gratuitū, & in vtroq; eadē species restitui debet. Et mandatum, quod etiam gratuitum est: Et precarium, in quo tantū lata culpa & dolus venit, vt in deposito: vide suprā de precario.

Quæ Adiacentia?

Dolus & culpa, q̄ dolo æquiparatur. Non autē leuis vel leuissima culpa, vel fortuitus casus. Exciipiūtur tamē quidā casus, quibus depositarius etiā de culpa tenetur: 1. Si se deposito obtulit. 2. Si aliqd pro custodia recepit; pacto verò culpa, vel mora præcedētibus, etiā casus fortuitus imputatur, vt notatur in c. bona fides, extr. eod.

Quæ Pugnancia?

Merces: quia depositū debet esse gratuitū, vsus rei depositæ, inuito domino, quo casu furtū cōmittit depositarius, vt suprā, cōpensatio, vt ait Grego. IX. in c. bona fides, extr. eod. Depositori licet pro voluntate sua depositum reuocare, cōtra quod cōpensationi vel deductioni locus nō est, vt contractus qui ex bona fide oritur ad perfidiā minimē referatur, licet cōpensatio admittatur in alijs, si causa ex qua postulatur, sit ligda, ita q̄ facile exitū credatur habere, d. c. bona fides, ex. eo.

DE CONTRAHENDA EM-
ptione & Venditione.

Titulus XVII.

Continuatio.

Contractuū alij sunt gratuiti, alij quæstuarij, iuxta Arist. li. 1. politicorū, cap. 6. Gratuiti sunt precarium, commodatum, depositum, Quæstua-

Q 4

rij au